

*Cax. 13. 2024*

*Act. 22 Oct. 6. Cax. 2025*

# RESPONSV M

## DE SVCCES SIONE

REGNI PORTVGALLIÆ

PRO PHILIPPO HISPANIARVM

REGE PRINCIPVM

OMNIVM POTENTISSIMO,

Aduersus Bononiensium, Patauinorum,  
& Perusinorum Collegia.

MICHAEL E AB AGVIRRE I.V.D.

& in sacro Hispanorum Collegio Bononiae,  
collega auctore.

*In qua diligenter quoque differitur de successione feudorum,  
fides commissorum, emphyteusis & aliorum  
id genus similium.*

Cum Indice rerum memorabilium locupletissimo.

C V M P R I V I L E G I O.



V E N E T I I S, M D LXXXI.

Apud Franciscum Zilettum.

Ferdinandus Fera v. 10

# ILLVSTRISSIMO ATQ. EXCELLENTISSIMO

D. IOANNI ASTVNICA,

## PRINCIPI PETRAE PERSIAE,

militiq. S. Iacobi in Castella supremo commendatori, & in  
Neapolitano Regno Proregi, ac generali Duci,

*Michael ab Aguirre I. C. & in sacro Hispanorum Collegio  
Bononia collega. S.P.D. ac felicitatem optat.*



TSI temeritatis, audaciæque summæ, plurimis videri posset, Excellentissime Princeps, & qui litteris, & ingenio, & omni doctrinæ varietate prædicti sunt, velle nunc me neq; ætate, neq; ingenio, neq; autoritate valentem, litterariam cum tribus totius Italæ præclarissimis collegijs contentionem assumere, tamq; grauem & arduam prouinciam suscipere, ut tot sapientissimis viris, publicisq; bonarum litterarum professoribus repugnantibus, demonstrare velim utriusque iuris studiosis, ad invictissimum, & potentissimum Philippum, Lusitanorum regnum omni iure pertinente: verum si præcipuum scopum mihi propositum veritatem (cuius mihi amor a natura insitus est) vniuersæ Italæ patefaciendi, animaduerterint, & vim rationum, grauitatemq; ac multitudinem sapientissimorum authorum (quibus nostram sententiam validissime tueri nitor) perpenderint, neq; temere, neque arroganter, siue audacter nimis cum ipsis me contendisse perspicuum omnibus fiet, quod cum & ipse altius mecum cogitarem, non solum incussum mihi animo timorem depuli, verum etiam vix apud me statuere potui, maiorem ne mihi voluptatem, an admiracionem attulerit hæc tam ista, legitima atque æqua pro Philippo domino nostro contentio. Illud autem tantum me semper deterruit, ut quod nullus unquam, siue doctissimus, siue iustissimus quantuncunque fuerit calumniantium morsus, & caninam facundiam euadere potuerit, nisi pro vetustissima consuetudine omnium fecerent gentium recepta, patronum fibi, ac maximæ authoritatis defensorem obtinuerit, ob idque cum & me tyronem non minus quam cæteros doctiores viros, patrocilio aliquo indigere existimarem: cumq; tuam illam liberalitatem Excellentissime Princeps, & incredibilem erga me benevolentiam, cum maximis utilitatibus, quæ ex hoc tuo liberalitatis, & benevolentiae fonte in bona-

rum arduum studiosos detinuntur, memoria repeterem nemini tuis,  
quam sibi tuo has meas huiusrationes commendare me posse in animum  
induxi. Nam et si apologiam pro Philippo domino nostro scripturum  
me in ipso limine prodiderim, multum tamen mihi inuidie vel titulus ip  
se concitatus videbatur, quapropter non alio, quam nominis tui cly  
peo eam retinendam existimauit ut te nobis a me fere Herculem inuo  
care non dubitauerim. Nam cui hoc mihi qualecumque opus dicare pos  
sum, quam illi, cuius preclara magnificetie integritatisque arma, vita vir  
tutibus omnibus illustrata me semper ita impulerunt, & in admiratione  
rapuerunt, ut a virtutis tuae contemplatione deflectere oculos nunquam  
potuerim. Illud tamen, Excellentissime Princeps, ingenuè fateor, ingenij  
tui summum examen me semper formidasse, qui fortasse probaturus non  
esses, ut tam citò contra tot doctissimos viros quidquani scribere audirem,  
atque tibi dicatum in publicum edere, verum pari audacia timorem.  
hunc transmisisti, quod & præsertim aduersarij nostri haud minori auda  
cia (ne temeritate dicam) scribere contra Philippi domini nostri ius ausi  
sint, quare, Excellentissime Princeps, qui nobilitate, ingenio, & virtute pre  
stantes omnes, non modo extollere iacentes, sed etiam corum magnitudi  
nem amplificate consuesti, leta fronte, quale studiofis omnibus praesta  
re soles, accipe, que nos tibi candidissimo certe animo nuncupamus, non  
quod nominis tuo his tibicinibus opus esset, sed ut sub tanti Principis pa  
tronatio a mala lingua innoxius liber per docta hominum ora volaret.  
Illudque tu in summa habe, quidquid ipse ingenio, viribus & calamo pos  
sum, id omne tu nominis addicendum, obnoxiumque esse tantumque hoc a no  
bis deprecari, ut in clientum tuorum ordinem me conicias. Vale.



Х Е П И  
M V I L I A Я О М Е М М У Я Е Н Я  
А И О Д О Т А С О Г И  
С К А З О С О Н Т И Н И

P O R T O G A L L I A E  
G E N E A L O G I A.

Alfonsum Sextus,

Thyresia filia naturalis.

Alfonsum Primus Rex Pottugallix,  
& post plures alios

Emanuel.

Filii huius.

Ioannes,	Isabella	Ludouicus	Henricus	Odoardus
~ Ioann. filij ~	Philip.	Anto. naturalis.		~ Elias Odoardi ~
Ioannes Maria				Maria Catherinea vicit
Sebastianus Carolus				Raynatus.

A P O L O G I A  
D E S V C C E S S I O N E  
R E G N I P O R T V G A L L I A E  
P R O P H I L I P P O H I S P A N I A R V M R E G E .

M I C H A E L E A B A G V I R R E I . V . D .

Auctore.

**S U M M A R I U M .**

1. *Libelli methodus in primis proponitur.*
2. *In uniuersa successione potius attenditur post mortem ultimi morientis, quam eius a quo prius bona projecta sunt, siue agatur de successione suorum, siue de successione agnatorum, siue etiam de successione cognatorum.*
3. *Cum quidpiam a lege vel statuto pluribus ea conditione defertur, ut quispam eorum ceteris preferatur, nequaquam admittuntur posteriores, donec adfuerint qui in gradu priores sunt.*
4. *Quando plures sunt vocati sub indefinito vel collectivo nomine, putam familiæ, genitrix, cognitorum, consanguinorum, posterorum, descendantium, vel id genus similem, ita accipienda sunt verba, ut intellegamus proximorem esse admittendum. ceteraque deinceps eodem ordine.*
5. *Axioma illud, quo passim edocemur, proximiorem esse admittendam, in legitimis duabus taxat hereditatibus intelligendum est iuxta aduersariorum sententiam, nequaquam vero in regnis et in ceteris huiusmodi successionibus, que tam sententia ab eis etiam primi eiusdem feudi auctoris.*
6. *In successione feudi ultimi defuncti quod ad proximitatem haberi ratio debet, non etiam primi eiusdem feudi auctoris.*
7. *Feudum in dubio hereditarium diuidicari debet.*

8. *Non ambigitur, quin filius in feuditate patre cui succeditur, representanter.*
9. *Explosa Bononiensis Collegij sententia.*
10. *Filius repudiata hereditate paterna feudum etiam simpliciter concessum retinere negavit.*
11. *In successione fideicommissi, ultimi possessoris, non etiam primi institutoris habenda ratio est.*
12. *In fideicommisso quod familia delatum est, siue ab ascenciente illud relatum sit, siue a patre siue amita, siue etiam matreterra, dubitandum non est, quin filius patris personam representanter.*
13. *In successione iuris patronatus ultimi possessori succeditur.*
14. *Filius in iure patronatus Ecclesiastico, et in emplice usi patrem quoque representat.*
15. *In successione Regni ultimo possessori succeditur.*
16. *Explicatur Pontificis responsum inedicet, de voto.*
17. *Is dum taxat grauari potest, ad quem aliquid non iure proprio, sed hereditario ex illo ipso a quo grauatur peruenientrum est.*
18. *Lusitanorum Regnum hereditarium esse in successione, que tam sententia ab eis indicat Rom. Pontifice in grande, de suppleri, negli. prelatib. 6.*
19. *Commentaria de verbis Pontificis aduersariorum traditio.*
20. *Bononiensem et Patavinorum sensus circa tex. in c. licet. de voto, improbarur.*
21. *Ordine genitura in spe Regni cuiusdam com. Mich. ab Aguir. Apolog. A petere*

. . . . .  
PRIMA APOLOGIAE PARS,  
IN QVA TRADVNTVR RATIONES, QVÆ  
aduersus Raynutium dumtaxat reclamaunt.



V M contentio-  
nem cum diuer-  
sis personis, nec  
ijsdē iuris ratio-  
nibus intenti-  
bus, habituri si-  
mus, ut omnia  
recte, atque cor-  
dine tradatur, nec illari duxi t̄ methodo-  
dum hac in te mihi propositam in pri-  
mis recensere, sic enim cœniciet, ut ad reli-  
qua, quæ consequentur, facilior hinc adi-  
tus patet, quo veritas omnib⁹ in istu  
diois manifestius constet, quam am-  
plius fieri poslit. Primo igitur rationes,  
que aduersus Raynutium tantummo-  
do sc̄e mihi obtulere amantissimo lecto-  
ri in medium proscam, ensq; ab adver-  
sariis calumnijs validissime (ni fallor)  
defendam. Deinde vero illas recensabo  
rationes, quæ non tantum ipsius Raynu-  
tij verum & Catherinae Bragantiae Du-  
cisse simul conatum euentunt. Tertio ve-  
re loco fundamenta ab aduersariis iacta  
quibus suam probare conantur senten-  
tiā, fidelissime referre, eaq; profus eucl-  
lere nō grauabor. Denique Antoniū pul-  
la iuris ratione nulli posic, multis maxi-  
misque rationibus, nec nō & grauissi-  
mis interpretum autoritatibus palam  
ostendemus.

Prima ergo ratio, q̄ aduersus Raynu-  
tium reclamar, quæq; firmissimū est no-  
stra sententia et prædictio, sic se habet: in  
omni successione persona vltimi mori-  
tis, non cius, a quo primum bona profe-  
cta sunt, inspicitur, siue agatur de suc-  
cessione suorū, siue de successione agna-  
torum, siue etia de successione cognato-

rum: etenim in successione suorū manif. 281  
feste id diffinitum est in §. cum autem  
quæritur instit. de hæred. qui ab intesta.  
& in la. & proximum. s. de suis & legiti.  
hære. in successione vero agnatorum ex-  
ploratissime sanctum est in l. ex duobus.  
& in l. p. s. vnde legitimi. & in §. proxim. 281  
musandū de legi agna. success. In succe-  
sione autem cognatorū expressum quoq;  
statutum est in l. §. proximores. & §. si  
quis proximior. s. vnde cog. & quapro-  
ptet cum quidpiam à lege, vel statuto  
pluribus ei conditione descritur, ut ali-  
quis eorum ceteris preferatur, nequa-  
quam admittantur posteriores, donec ii,  
qui priores sunt in gradu, adfuerint. I. si  
filiis qui patri. s. cū filius. vers. & sine du-  
bio, quin gradū sequentes sunt, admit-  
tetur interiū. ff. de boni. liber. l. s. ff. de ac-  
quir. hæred. si plures. ff. de iure delibet.  
vbi assignandū est tempus ijs, qui pri-  
ori sunt in gradu, ut deliberent, num se  
admitti velint, antequam ceteri admit-  
tantur. l. §. si in trahente litnum, vers. s. si  
mortuus sit prior, statim sequēs admitti  
debet. ff. de success. edict. c. p. defectu. ex-  
tra de elec. l. p. cito. & vlt. ff. de leg. 2. vbi si te-  
stator, fratre hærede instituto, petat, ne  
domus alienaretur, sed in familia relin-  
queretur, deinde vero hæres alienauerit,  
proximior quisque primo loco inuita-  
tus est, cuius legis autoritate sic fanè  
intellexit Oldrad. consi. 178. ad fin. tex. ip. 281  
c. j. in extremo, tit. de natu. success. sen. Dū  
scriptum est, omnes lineas aequaliter ve-  
cari: vt scilicet proximior quisq; censel-  
lar vocatus: vnde etiam crebro à iure  
ciuili cauetur, & quando plures sunt vo-  
cati sub indefinito, vel collectivo no-  
mine,

stra specie Henricus Rex , siue quilibet  
alius, nullum inferre potuit præiudicium  
Philippo Domino nostro , vel quibus-  
cumque alijs consanguineis , vt latissi-  
me ostendimus, nu. & ita illam loaa.  
And.& Bar. traditionem limitant Imo.  
& Domi.in cap.grandi, de supplen. ne-  
gli.præl.lib.6.loquentes in casu, in quo  
præiudicium inferri non potuit. Idem  
Imola, prout à quibusdam allegatur, li-  
cet non comperti in eius lectura, quæ cir-  
cumfertur, in c.nisi cum pridem. §. per-  
sonæ, extra de renun.Pet. Anchar. conf.  
427.circa primum quæsitum. Alexá. in  
d. §. & quid si tantum, col. pen. vers. nec  
obstant, quæ hic notat Bar.fl.de liber. &  
posthu.& conf. 67. consideratis his, col.  
3.num. 6. versic. iuuatur ista conclusio  
lib. 1. Deci.conf. 85. cuius superscriptio  
incipit, de gradibus succedendi, in fine  
3.dubij, & siue spectat, quæ docuit Bal.  
in L. nam ita diuus ff.de adop.& in L.vt.  
C. quib.res iud.non noceat.& Ang. cōf.  
17.Comes Brandisius cum simil. Quo-  
circa, siue Antonius fuerit legitimatus,  
siue non fuerit, amplius dubitandum  
non est, quin is prorsus repellendus sit

à successione regni Portugalliae; omni-  
no verò ad eam admittendus Philippus  
Dominus noster.

Hæc sunt, quæ mihi aduersus Italit  
Collegia pro Philippo Domino nostro,  
Principum omnium potentissimo, in-  
uietissimo, prudentissimo, ac sanctissi-  
mo se obtulere; non ea sanè subtilita-  
te, & elegantia, quæ par forte erat pro  
rei dignitate, atque amplitudine, sed  
summa quidem diligentia, & studio in  
perquirendis vndiq; locis omnibus, ex  
quibus rei veritas, quæ satis obscura  
pluribus adhuc visa fuit, vniuersis iuris  
studiosis manifestissima in posterū red-  
deretur. Quocirca & de alienis quoq;  
disciplinis multa quādoq; accepiimus:  
aliorumq; auctorum, tūm Græcorum,  
tūm Latinorum, testimonia nonnun-  
quam desumpsimus, non ambitiose  
quidem, & multiplicis doctrinæ ostendan-  
tæ causa, vt multi solent, sed quod  
ad rem ipsam, de qua tractabatur, aper-  
te confirmandā & explicandam aptissi-  
ma ac etiam maxime necessaria esse ex-  
stimatorimus.

F I N I S.

---

VENETIIS,  
Apud Franciscum Zilettum.  
M D LXXXI.